



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,  
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,  
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non  
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lugduni, 1652-1663**

Sectio I. De tertio Decalogi Præcepto receptiores sine pugna Sententiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80586](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80586)

ESCOBA  
Theof Mo  
Toms III. I.  
E IV



De tertio Decalogi Præcepto receptiores sine pugna Sententiæ.

De diei Dominica, & aliorum Fe-  
storum Institutione.

Hoc prae-  
cipuum partim  
est naturale,  
partim care-  
moniale, &  
partim hu-  
manum.

**R**ECIPTVM celebrationis Fe-  
storum partim est *naturale*; par-  
tim *cereemoniale*, & partim *hu-*  
*manum*. Quatenus est *naturale*  
omnes obligat. Quia lumina  
naturæ dignoscimus, aliquos dies cultui diuino  
esse deputandos: vnde ab aliquibus *Mora-*  
*le* vocitur, id est, ad mores pertinens. Quate-  
nus diuinum, & *cereemoniale* est, non obligat in  
ipsam Sabbati die. Quia *cereemonialia* legis  
veteris deserta per Christi mortem fuere. Deni-  
que quatenus est *humanum* indicit certos dies  
determinatos ab Ecclesia, vt diem Dominicam  
loco Sabbati, & quidam etiam *Deiparæ*, ac *Di-*  
*utorum* *solemnnes*. D. Thom. 2. 2. *quest. 122. art. 4.*  
*ad 1. Sayr. in Clauii, lib. 7. cap. 1. num. 1. Graff.*  
*part. 1. lib. 2. cap. 34. num. 1. Reginal. lib. 19.*  
*num. 2.*

2  
Observatio  
Dominica  
ab Apo-  
st. & dimana-  
scit.

Apostoli autoritate sua , non autem lege  
diuina , cœpère diem Dominicam obseruare,

idēque gerendum fidelibus praeſcriperunt. Vnde colligitur obſervationem Dominicæ diei non eſſe de iure diuino, ſed de Canonico, & conſequenter, poſſe vel conſuetudine, vel humana poteſtate abrogari, & in aliam commutari diem. Ac de Feſtis Sanctorum idem eſſe afferendum. Nanan. cap. 1. ſum. num. 1. Snar. tom. 3. lib. 2. cap. 4. Azor part. 2. l. 1. cap. 2. quæſ. 3. Bonac. tom. 2. d. 3. quæſtion. vni. puncto 1. Filliuc trati. 27. cap. 2.

Potestas instituendi dies festos, & influitus  
iam abrogandi pro tota Ecclesia est penes fun-  
dum Pontificem & Concilium generale. Quia  
Pontifex & Concilium sunt supra totam Eccle-  
siam, nec requiritur populi consensus in festo-  
rum institutione, aut abrogatione: Episcopi au-  
tem dies festos novos non possunt instituere  
nisi in suis particularibus Ecclesiis: nec commu-  
niter id agere debent sine vnguentissima causa,  
sed ex Cleri, populiq; consensu: licet enim con-  
suetudine iam receptum sit, ut festi dies adhi-  
biti solum Clericorum consilio instituantur.  
*Suar lib. 1. cap. 11. num. 4. Sa. verb. Festum num. 1.*  
*Sanch. lib. 2. sum. cap. 43. num. 11. Azor. part. 2.*  
*lib. 1. cap. 26. quaest. 4. Diana part. 4. tractat. 4. re-*  
*sol. 178.*

Episcopus non potest instituere festum in aliquius Beati nondum relati in Sanctorum numerum, honorem: nec abrogare festos dies, qui sunt

# Se&t.I. De Precepto III.Recept.Sent. 193

à Pontifice Summo instituti, vel à generali Concilio, aut totius Ecclesie consuetudine. Potest tamen abrogare festos dies, qui sunt instituti vel à solo prædecessore, vel à sua Dicecesis consuetudine particulari. Reginal. lib. 19. num. 6. Diana part. 3. tractat. 1. §. resol. 9.

Consuetudo scita, & tolerata circa dies festos idem potest, quod circa alia præcepta humana, scilicet dies festos abrogare, vel nonos instituire. Quia licet sanctificatio alicuius temporis etiam in lege Evangelica de iure diuino sit, & præceptum naturale, ac morale: determinatio tamen diei est de iure humano: consuetudo autem plurimum valet in omne ius humanum. Nauar. sum. cap. 13. num. 5. Philiar. de offic. Sacerd. part. 2. lib. 3. cap. 23. Reginal. lib. 19. num. 7.


Principes secularis, Cinitas, aut Respublica dies festos tanquam sacros instituire non potest. Quia diei festi cultus vnus est ex Religiosis actibus quo Deus colitur: de cultu Dei curam gerunt solummodo Ecclesie Prelati. Posset tamē secularis Princeps civilis honoris prætexu, vel alio titulo, præcipere subditis, vt tali die à forēstibus negotiis, à seruilibus operibus ciues abstineant: populus autē die illa abstinere tenetur. Missā tamē audire, nō obligatur, nisi huiusmodi festus dies cum Papæ aut Episcopi consensu institueretur. Quia accedente tunc Ecclesie consensu, verē dies festus esset. Suar. l. 1. c. 12. n. 2. Azor. p. 2. l. 1. c. 16. §. 5. Sayr. in Clauis, lib. 7. cap. 1. num. 17.

Delinquit populus, qui non adimplet vota festorum populi Superioris atatis. Quia licet vota personalia sint, & communiter ad alios nō transeant: tenetur saltem ex vi contractus, ac promissionis, quæ in vniuersalem successorem pertransit. Manu. sum. part. 2. cap. 101. concl. 13. Nauar. sum. cap. 12. num. 79.

Modus incipiendi, ac terminandi festum, an scilicet à vespere in vespere, an à media nocte in median noctem? à consuetudine recepta loci sumendus est. Communiter tamen more Romano festum incipit à media nocte, & in media nocte terminatur: licet quoad officium à vespere incipiat. Imò potest dies festus institui colēdas solum vsque ad meridiem: Quia qui potest totum, potest etiam partem præcipere: & tunc Sacrum esset audiendum. Alexand. 1. 1. ad cap. Quoniam, de feriis. Suar. l. 1. c. 31. n. 4. Azor. part. 2. lib. 1. cap. 26. §. 8.

Festa verò obseruanda pro vniuersa Ecclesia instituta sūt hæc: Ex pertinentibus ad Christum Dominum, Dies Dominica, Dies Pentecostes cū duobus sequentibus diebus, in memoriam illius beneficii, cum Spiritus Sanctus in Apostolo descendit. Dies Natiuitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis cum duobus sequētib. Ascensionis, Corporis Christi, Sanctę Crucis inuētio. Ex festis verò ad Deiparam attinentibus sūt Natiuitas, Annunciatio, Purificatio, & Assumptio: & in Hispania ex concessione Innocēti X. Conceptio immaculata. Ex festiuitatibus Sanctorum hæc sunt solum ex præcepto obseruandæ post Bullam restrictiua festorum editam ab Urbano VIII. Natiuitas S. Ioānis Baptiste, Duodecim Apostolorum, Stephani, Innocentium, Syluestri, Laurentij, Iosephi Deiparę sponsi, Annę Matris Beatissimę Mariæ, Dedicationis S. Michaelis Archangeli, Festiuitatis omnium Sanctorum. Ex de Eschob. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

notione coluntur vniuersaliter solum dies Conceptionis Deiparentis, SS. Fabiani & Sebastiani, Barnabæ, Lucie, Marci, Magdalene, Iesum B. Mariæ ad Nives, Visitationis, Præsentationis, ac Festum Transfigurationis Domini. Necnon dies Sanctorum Dominici, & Francisci: & alibi alij peculiare dies. Lego Suarium 10. 1. de Relig. l. 2. c. 2. §. 9. ad 9. Azor. 10. 2. c. 1. §. 1. que ad 16.



## CAPVT II.

### De operibus prohibitis, & permissis in die Festo.

Præceptū Ecclesie de obseruandis festis partim est negatiuum, partim affirmatiuum: negatiuum, prohibet opus seruilis: affirmatiuum præcipit Missæ auditionē, de quo suo loco. Opus seruilis dicitur, quod ex se habet quandam famulatum, & ab iis solum communiter exercetur, qui aliis inferunt: vt fodere, arare, siuere, nere, & alia huiusmodi, quæ seruis propriè conueniunt, etiam si per liberos nonnunquam, vel sæpè exerceantur: & hæc dicuntur mechanica, eo quod artes mechanica in illis debeant operantes dirigere. D. Tho. 2. 2. q. 122. art. 4. Tolet. l. 4. cap. 24. Filliuc. tract. 2. 7. cap. 9. Reginal. lib. 9. num. 36.

Opus seruilis est triplex. Religiosum, Peccaminosum, & Indifferens siue Humanum. Religiosū seruilis opus dicitur, si per illum Deus colatur: Peccaminosum, si per illud seruiatur demoni, & peccatum sit: Indifferens, si homini seruiatur in iis, quæ ad corpus pertinet. Verū opera seruilia Religiosa non sunt in die festo prohibita, quin potius commendata. Quia attinet ad externum Dei cultum, & Sanctorum honorem, ob quæ dies festi sunt instituti. D. Thom. 2. 2. q. 122. art. 4. & Caiet. ibi.

Opera peccaminosa non sunt specialiter prohibita in die festo, quasi per illa dies festus violetur. Quia præceptum diuinum, & Ecclesiasticum: de colendis festis non obligat specialiter ad non peccandum hæc diebus opus enim peccati formaliter non est seruilis, quamvis ex parte actus materialis esse seruilis possit: vt si quis furando, aliena ligna cedat. Et licet peccatum commissum in die festo contrahat maiorem aliquam granitatem, & malitiam intra eandem speciem: quia tamen non est grauis deformitas, hæc circumstantia, non est necessariò in Confessione aperienda. Suar. de Relig. lib. 2. c. 18. Nauar. cap. 6. sum. num. 10. Azor. tom. 2. l. 1. cap. 28. quæstion. 10. Conar. c. Alina mater. p. 1. §. 5. num. 3.

Operis seruilis indifferētis, vel humani triplex est species. Prima est necessarij ad hominis sustentationem. Secunda ad curandum proximum. Tertia ad cultum, & seruitium Dei. Ex consuetudine non est prohibitum in die festo opus corporale necessarium ad hominis sustentationem, quamvis seruilis sit: vt parare cibos, coquere, colligere fructus, vt exinde saniores sint, occidere animalia, excoriare. Imò, & coquere panes licet, quando, vel ob multitudinem populi, vel quia multiplicantur festi dies, & præueniri non potuit: quando autem præueniri potest, minimè licet, nisi id ex consuetudine permittatur. Excusantur etiam molitores pristinorum, qui molendinis fluctuibus, aut veti vtutur: in quibus labor exiguus impenditur. Nauar. c. 13. sum. num. 3.

Id  
Quoddam  
opus seruilis  
dicitur

11  
Triplex seruilis  
opus. Reli-  
giosum, Pec-  
caminosum,  
& Indiffe-  
rens. Reli-  
giosum commu-  
nabile est.

12  
Peccaminoso-  
sum non est  
specialiter  
prohibitum in  
die festo.

13  
Triplex operis  
seruilis indis-  
ferētis spec-  
ies.

Quæ assenti-  
ent iurati-  
onem

num. 3. Sayr. in *Clavi*, l. 7. c. 2. Syluest. v. *Dominica*, *questio* 5. Manu. *sum. cap.* 122. num. 4.

14  
Licitum est  
curatio proxi-  
mi.

Opera necessaria in curando proximo etiam si feruilia sint, vel non sunt prohibita, vel ob necessitatem excusantur. Unde ratione huius necessitatis nec venialiter delinquant Medici, Chirurghi, & Pharmacopolae, modo medicamina pro illius diei necessitate conficiant. Tolet. l. 4. cap. 24. num. 4. Filliuc. *rra.* 27. num. 152. & 153.

15  
Quanam  
feruilia opera  
in Dei cultum  
liceant, qua-  
nam sint  
prohibita?

Opera feruilia, quae in Dei cultum geruntur, sunt in triplici genere. Alia immediatè pertinent ad Dei cultum, & haec licitè sunt in die festo, v. gr. organa pulsare, vti musicis instrumentis, portare Crucem, &c. Alia sunt preparatoria ad diuinum cultum, & haec etiam licitè geruntur, si paulo antè agenda sint, & coniuncta sint cum ipso cultu diuino: vt est campanae sonitus, ornatus altarium, extractio Sacramentum vestium, & similia. Alia deniquè sunt, quae remotè, & accidentaliter ad Dei cultum spectant: & haec haud licitè sunt in die festo, cum agi possint diebus praecedentibus: vt mundare scopis Templum, vestire tapetibus parietes, &c. Non tamen erit mortale piaculum exclusio contemptu, praesertim vbi pietas interueniret. Suar. l. 2. c. 21. num. 11. Caiet. v. *Festum violatio*. Filliuc. l. 27. num. 156.

16  
Delinquit  
Ecclesia  
agros Templa  
exstruere  
Ecc. in die  
festo.

Minimè à mortali excusatur, qui colit Ecclesiae agros in die festo, vel coëcit calices vel edificat Tepla, vel apportat lapides, vel nec ad fabricanda Sacra lintamina. Quia cum haec sint per se opera feruilia, & ad Dei cultum remotè spectent: non excusantur à culpa nisi urgente fiant necessitate, vel facultate Episcopi, vel Parochi, vbi est consuetudo. Nauar. *sum.* c. 13. n. 4. 10. & 11. Reginal. l. 19. n. 48. Diana *pun.* 4. rr. 2. *resol.* 177.

17  
Opera libera-  
lia quae cul-  
tum Dei con-  
stent, sunt,  
licita.

Opera liberalia, quae cultum Dei continent vel ad illum proximè conferunt, vt est oratio, lectio Sacra, concio, & similia in die festo commendabilia sunt. At studium Theologiae, Philosophiae, Iuris Canonici, & iurilis, Medicinae, & scientiae artium mechanicarum, quatenus dicunt instructionem mentis, non autem quatenus dicunt praxim & vsum ipsius artis licita sunt, dummodo Missae praeepto satisfiat. D. Tho. Caiet. Syluest. Sotus, Nauar. quos refert, ac sequitur Suar. l. 2. cap. 22. num. 3.

18  
Scribere non  
est opus ser-  
uile.

Certè cum scribere sit opus mentis, & lectio quaedam permanens ordinata ad propriam, vel alienam instructionem, liberale opus est: nec sit seruile ex eo, quod fiat ob lucrum. Quia Ecclesia non prohibuit operari in die festo propter mercedem, nisi in quantum ipsum prohibet opus. Caiet. 2. 2. *quest.* 122. art. 4. Nauar. *sum. cap.* 13. num. 13. Medina l. 1. *sum. cap.* 14. §. 8. Laym. l. 4. *rra.* 7. cap. 2. nu. 3.

19  
Entrinere li-  
bros non licet.

Imprimere libros non licet. Quia tam formatio litterarum, quam compositio, & impressio seruile est opus, cum solum dirigatur ad exprimendam in charta litterarum formulam, quod corporale quiddam est, nec sit per modum locutionis, & expressionem mentis. Suar. l. 1. cap. 25. Sayr. in *Clavi*, l. 7. cap. 2. num. 15. At proprium circa hanc propositionem Problema instituiam, & circa pingendi artem.

20  
Itineratio non in die festo prohibita.

Itineratio non in die festo prohibita. Quia potius videtur

opus naturale ordinatum ad corporis conseruationem, & ad negotia vbique exercenda. At si itinerationi addantur circumstantiae operibus feruilibus annexae: verbi gratia si magno cum labore imponenda sint iumentis, vel curribus onera, quae ducantur; vel si currus onusti de vno loco ad alium deferantur: opus est seruile per se loquendo. Non autem erit seruile, transferre animalia sine onere de vno loco ad alium, vel iter agere, comitantibus iumentis supellestili onustis, vbi est consuetudo, & necessitas postulat. Ob publicam verò utilitatem, vel ob graue nocumentum vitandum potest continuari iter antè diem festum inchoatum bona fide cum oneribus. Suar. l. 2. c. 27. num. 2. Reginal. l. 19. num. 38. Azor. l. 2. l. 1. c. 27. q. 2. Sa v. *Festum*, n. 5. Bonac. l. 1. d. 5. q. vni. pun. 2. num. 15. Diana *p.* 2. rr. 1. *resol.* 36. & p. 4. rr. 4. *resol.* 222.

Non est prohibitum, cursores suae equestres, siue pedestres die festo iter lumen continuare, aut etiam incipere. Quia quod fiat separatum, currendo, non variat actionis rationem: sicut neque variat, quod ex mercede fiat. Sanch. *tom.* 1. *Opus* l. 5. cap. 2. *duob.* 7. num. 5. citans Caietan. v. *Festum*, §. de violatione.

Saltandi, ducendi choreas, canendi & pulsandi instrumenta musica feruiles non sunt. Quia musica inter artes liberales computatur. Hinc non sunt prohibita ex vi prohibitionis operum feruiliu: sed aliunde si fiant cum excessu, cum libidine, cum scandalo. Filliuc. *rr.* 17. n. 171. Bonac. l. 2. d. 5. q. vni. pun. 2. n. 25.

Venatio ob voluptatem, & recreationem, & quae in industria posita est volucrum, & similia, maxime ad opus liberu accedit & communiter tali modo exercita non reputantur seruile opus. Piscatio verò, quae fit in mari cum reti- bus propriis ad opus accedit seruile. Quae autem fit in flumine recreationis gratia & cum arundine, vel simili ratione, non videtur prohibita. Porro venatio & piscatio ex officio, & quae tota posita est in corporis defatigatione, opus est seruile, & in die festo prohibitum. Quia haec actiones cum magna corporis defatigatione sunt propriè seruorum. Nauar. *sum.* c. 11. n. 11. Suar. l. 2. c. 28. citans Medinam, & Ludou. Lopez Tolet. l. 4. c. 24. n. 10. Diana *p.* 4. rr. 4. *resol.* 222.

Militia actualis, id est opus ipsum bellandi quo ad executionem proximè ad opus seruile accedit. Quia ars militaris inter mechanicas computatur. Hinc militia per se prohibita est in die festo: per accidens tamen, & ex causa toleratur: cum semper adsit aliqua utilitas vel necessitas in non differendo bello ad aliud tempus, si statim commodè fieri possit. Unde excusatur, qui aggeribus, fossa, & vallo, arces, vrbes, oppidaue muniant, & alia similia gerunt. Hinc consuetudine receptu est, iuuenes diebus festis arte gladiatoria edificare. Quia esto, dicitur vsu, & exercitio operis feruilibus, ob necessitatem Reipublicae permittitur, videlicet, ac consentientibus Praelatis. Scio probabile esse militare artem non esse mechanicam, sicut nec bellum ex se esse opus seruile. De quo *fest.* 2. Suar. l. 2. c. 28. n. 8. Filliuc. *rr.* 17. c. 175. Caiet. 2. 2. q. 40. d. 4. Valen. l. 3. d. 3. q. 16. pu. 5. Manu. *p.* 1. su. c. 122. n. 3.

Animae opera, id est, quae ab anima procedunt, in die festo permittuntur, exceptis quiescentibus casibus in iure expressis. Quia permittuntur animi

animo opera non sunt feruilia. Hinc Aduoca-  
tus potest in die festo dare operam studio, cau-  
sa litum, scripto iudices informare, agere  
priuatim de lite cum Procuratore, referre cau-  
sam apud Iudicem, vt ea cognita commodius  
ferat sententiam. Necnon licet Doctori confi-  
cere consilia, & ciuibus ad consilia conueni-  
re, eligere ad officia. Quia electio est opus ani-  
mæ, quamvis ad negotia temporalia termine-  
tur, quæ se habent tantum materialiter ad ele-  
ctionem. D. Thom. 2. 2. q. 122. art. 4. Graf.  
part. 2. lib. 2. cap. 34. num. 16. Caiet. 2. 2. q. 122.  
art. 4. Suar. lib. 2. cap. 30. num. 9. Azor. part. 1. lib. 1.  
cap. 17. q. 11.

25 Licitum est Tabellionibus seu Notariis scri-  
pturas publicas die festo facere, dummodò non  
contineant illos actus, qui in illo die sunt  
prohibiti. Nam si actus essent prohibiti, (nem-  
pe solemnium testium examinatio) scriptura  
etiam tales actus continens essent prohibita.  
Quia est pars illius actus, qui prohibetur, idco-  
que sub eadem continetur prohibitione. Nauar.  
cap. 1. 3. sum. num. 14. Ludou. Lopez lib. 1. In-  
strum. cap. 5. 1. Sanch. tom. 2. opus. lib. 5. cap. 1. dub.  
10. num. 2.

26 Etiam extra necessitatem licitum est die fe-  
sto, Testamenta conficere, scripturas donatio-  
nis, renunciationis, debiti soluti: instrue-  
re Procuratorem ad exigendum, & soluendum,  
ad contrahendum matrimonium, &c. facere  
instrumenta emptionis, & venditionis in iis lo-  
cis, in quibus vel ex consuetudine, vel ex  
permissione mercatus exercentur. Quia cum  
emptio, & venditio tunc sint licitæ, erit etiam  
licita scriptura. Doctores communiter, Bassaus  
sum. verb. Festum 2. num. 4.

27 Quatuor opera non feruilia, in re prohiben-  
tur cap. 1. de feriis, in die festo. Mercatus, Placi-  
tum, iudicium ad mortem, vel aliam penam ci-  
uilem. Iuramentum, in iudicio interpositum,  
nisi causa pacis, vel necessitatis interponatur.  
Nomine mercatus intelliguntur vundinæ, quæ  
semel vel bis in anno fieri assolent. Sed con-  
suetudine legitime præscripta ius hoc commu-  
ne abrogatum est. Item quasi vundinæ, quæ  
semel, bis, aut ter in hebdomada alicubi ha-  
bere consueverunt: dum vulgares homines ad  
forum deferunt oua, pullos, fructus: hic mer-  
catus non licet in diebus festis, nisi in aliquo  
loco consuetudo contraria obtinuerit; quæ  
quidem non debet de nouo faciliter induci; nec  
inducta extendi. Necnon nomine mercatus  
possunt intelligi quicquidque actus siue emptionis  
siue venditionis: siue locationis, & condu-  
ctionis: siue cuiuscumque huiusmodi contra-  
ctus. At huic præcepto etiam derogatum est  
consuetudine. Quia vniuersaliter permittitur,  
vt panis, vinum, herba, fructus, carnes, &  
similia ad victum quotidianum necessaria, die-  
bus festis vendantur, & emanent. Imò in par-  
uis oppidis etiam aliæ venditiones fieri asso-  
lent. Quia aliis pauci essent emptores, & res  
vilissimè venderentur. Vnde sutores, sartores,  
aliique similes opifices excusantur, vendendo  
rusticis calceos, vestes, & id genus alia. Quia  
ipsi rustici diebus profectis venire nequeunt  
ad emendum, siue rerum suarum detrimento.  
Tolet. lib. 4. cap. 24. numer. 12. Suar. lib. 2.  
cap. 29. num. 2. Nauar. sum. cap. 13. num. 8. Reginal.  
lib. 1. 9. numer. 42. & 43. Filliuc. tractat.

Elcob. & Mend. Theol. Moral. Tom. 1P.

27. numer. 179. Sylui. 2. 2. question. 122.  
artic. 4.

Placitum est sententia civilis, & strepitus  
iudicialis Iudicum, Notariorum, actorum, reo-  
rum, testium, Procuratorum, & Aduocatorum  
concurrentium ad tale iudicium. Porro quali-  
bet lis, & causa fori, quæ agitur in iudicio, &  
quæcumque ad acta iudicij pertinent, & forma-  
tionem processus, vel ad sententiæ prolatione fieri  
in die festo prohibentur, imò irritantur, si eo  
die fiant. Azor. part. 2. lib. 1. cap. 27. quest. 12. Re-  
ginal. lib. 1. 9. numer. 44. Tolet. cap. 4. n. 11. Nauar.  
sum. cap. 13. num. 13. Suar. lib. 2. c. 29. num. 8 & 9.

Tamen duo possent excusare eiusmodi actio-  
nes. Primum necessitas quia scilicet alio tempo-  
re testes haberi commodè non possunt. Secun-  
dò, pietas nam ex concessione Pontificis excu-  
santur Iudices rurales dicentes ius rusticis in die  
festò: ne pereat diurnus labor ad victum neces-  
sarius. Licet etiam in die festo causas miserabi-  
lium iudicare. Diana part. 2. tract. 1. res. 34. &  
alijs apud ipsum.

Verum quilibet sententia strepitum iudicia-  
lem requirens, aut cum iudicali strepitu con-  
iuncta, prohibita est in die festo. Aliæ verò sen-  
tentia non requirentes iudicalem strepitum  
non videntur prohibita: vt patet in absolutio-  
ne excommunicationis, in dispensationibus,  
aliisque actibus voluntariæ iurisdictionis. Mul-  
tò æquius actus extraiudiciales non erunt pro-  
hibiti. Vnde excusari possunt Notarij, & offi-  
ciales curiæ, qui domi priuatim transcribunt.  
Et creditores, qui extrà iudicium à suo debito-  
re exigunt debitum. Caiet. verb. Feriarum viola-  
tio, Azor. part. 2. lib. 1. cap. 17. q. 11. Lege Cap. ul-  
tim. de feriis, & leg. Vt in die, Codice de  
feriis.

Licita est appellatio in die festo. Quia licet  
ad actus iudiciales pertineat, ex consuetudine  
tamen non videtur sub vniuersali actu iudi-  
cialium prohibitione contineri, cum sine ma-  
gno strepitu fiat, & res sit fauorabilis. Prose-  
cutio autem appellationis non est licita in die  
festò. Quia cum maiori strepitu fieri asso-  
let, & non est adeò necessaria, vt ipsa appel-  
latio. Abbas capite ultim. de feriis. Gloss.  
ibidem, Filliuc. tractat. 27. numero 198.  
& 199.

Citatio, seu inchoatio causæ facta die festo  
iniqua & inualida esse potest, si pars citatur,  
vt in die festo respondeat; quod iniquum, &  
inualidum est. At si solum facta esset pro tali  
die mensis, in quem festum incideret: rece-  
ptus est citationem valere pro die habili proxime  
sequenti. Citatio autem facta in die festo,  
etiam si in die profecto instituitur, prohibita  
est, & nulla. Quia citatio vt dicit actionem  
Iudicis continentem præceptum, si fiat in die  
festò, nulla est; pertinet enim ad strepitum iu-  
dicialem, qui prohibitus, & irritus est in die  
festò. Suar. lib. 2. capit. 30. numer. 4. Azor.  
tom. 2. lib. 1. capit. 27. question. 15. Reginal.  
lib. 9. num. 45.

Testes non possunt in die festo examinari.  
Quia actus iudiciales pertinentes ad forum  
contentiosum veriti sunt in die festo; præter  
ea testes non examinantur nisi præuio iura-  
mento: iuramentum autem iuridicum haud  
potest in die festo exigi; probabile autem  
est, continuari posse examen testium in  
die

28

Placitum, seu  
actus iudi-  
cialis cum  
strepitu facti  
prohibiti sunt  
in die festo.

29

Actio: huius-  
modi possunt ex-  
cusare neces-  
sitas, sunt piam  
cas.

30

Prohibetur  
sententia  
qualibet cum  
strepitu iudi-  
ciali sine illo  
permittitur.

31

Licita est ap-  
pellatio, sed  
non eius pro-  
secutio.

32

Nec citatio,  
seu inchoatio  
causæ, nisi in  
casu specialis.

33

Testes non  
sunt in die  
festò exami-  
nari.

die festo, si in profesto die fuit iuramentum præmissum. Quia tunc testim nium ad diem iuramenti retrahitur. Porro, ubi adesset legi iura consuetudo in contrarium, vel causa pacis, aut alia necessitas: licitum esset iuramentum exigere, & testes recipere. Quia consuetudo potest legem legitimo tempore abrogare, & Ecclesia non obligat cum tam graui incommodo. Suar. tom. 2. de Relig. tr. 2. l. 2. cap. 3. n. 13. Filliuc. tr. 27. n. 193. Abbas ad c. 1. de feriis. Bonac. to. 2. d. 5. q. vni. pun. 2. n. 21. ex c. 1. de feriis. Azor. to. 2. l. 1. c. 27. q. 14.

34  
Nec fieri potest iudicium ad mortem aut ad poenā corpoream.

Tertium opus non seruire prohibitum in die festo est iudicium ad mortem, vel ad poenam: per quod intelligitur sententia capitalis, aut alia quouis corporalis poena. Ex causa tamen posset aliquando in die festo ferri sententia ad mortem, ut cum tunc ipus id exigat: verbi gratia tempore belli: vel quando timeretur, ne iustitia impediatur, vel malum augeatur, nisi statim vendicetur. Caiet. v. Felix dies. Reginal. l. 19. num. 46. Filliuc. tr. 27. n. 186.

35  
Licet autem, rationes subducere.

Licet, die festo rationes subducere, etiam si ex officio fiat, & ex mercede. Quia duo in hac operatione possunt considerari, nempe supputatio, & descriptio dati, & accepti, seu translatio de vno in alium librum: neutrum autem est opus seruire. Nam supputatio rationum est exercitium artis arithmetice, quæ liberalis est: & est opus intellectuale, quod consistit in diuidendis, componendis, & subtrahendis numeris, & reducendis ipsis ad certum ordinem, cui respondeat pecunia, aut aliquid aliud. Descriptio vero dati, & accepti, aut translatio de vno in alium librum aliquid seruire non continet. Quia consistit solum in scriptione, aut transcriptione: neutra enim est seruire opus iuxta receptiorem sententiam. Pasqualig. in decis. moral. decis. 150.



## CAPVT III.

De causis excusantibus laborantes in die Festo.

36  
Prima causa excusans est propria necessitas.

**P**eccatum non sanctificantis festos dies, & seruiliter in eis laborantis, ex suo genere est mortale contra diuinum præceptum contra religionem, & cultum Deo debitum. Assignantur tamen septem causæ, quæ laborantes seruiliter à lethali crimine excusant. Prima est necessitas imminens propriæ conseruationis, aut sustentationis propriæ vitæ, aut familiæ. Quia ius diuinum, & Ecclesiasticum non intendunt obligare fideles cum tanto grauamine. Vnde excusantur pauperes, qui nisi laborent in festo, nequeunt se sustentare: dummodo id secrete gerant, & in casu dubio necessitatis viros doctos consulant, vel dispensationem exquirant. Et agricolæ tempore messis, ne pluuia fortassis obueniens segetes comminuat. Et coquentes lateres, aut calcem. Quia hoc genus operis inchoatum haud potest absque notabili damno intermitteri. Et famuli, ac vxores, qui præcepto domini vel mariti coguntur in die festo laborare:

alioquin serui domo excluderentur, vel priuarentur alimonia: modo domini, aut mariti præceptum in festo contemptum non procedat. Et satores autumnii tempore, timentes ex dilatione periculum: necnō vindemiatores instantia vindemiæ. Et milites tempore belli aggeres extruentes, muros ædificantes. Idem dicendum, si addit vera consuetudo, & non abusus, de tonsoribus barbam, & capillos tondentibus. Sartores etiam multis in casibus excusantur, vestes in die festo perficientes, nempe si illæ pro illa die debeant inferuire, & essent necessariæ pro statu congruente, v. gr. vestes sponsi, & sponsæ: vel vestes lugubres, vel illorum omnium, qui iis vestibus indigent ad tuendam statum decentiam. Item si Sartores timeant aliquod notabile incommodum, vel acerbas reprehensiones, & iniurias eo quod vestes non perfecerint. D. Tho. 2. 2. q. 122. a. 4. Caiet. ibi. Naar. sum. c. 13. n. 6. Suar. l. 2. de festis, c. 32. Bonac. to. 2. d. 5. q. vni. pun. 3. n. 13. Reginal. l. 19. n. 50. & 51. Diana p. 2. tr. 15. resol. 34. Pasqualig. decis. 189. & 190.

37  
Secunda causa excusans est Reipublice necessitas.

Quia multo magis subueniendum est publicæ necessitati, quam priuatæ. Vnde excusantur resicientes pontes, & vias, alique publico vsui inferuentia, quæ sine magno incommodo differri non possit. Et prouidentes de rebus necessariis ad victum quoad ea, quæ prouideri decenter nō possunt. Et artifices construunt tabulata, theatra ornantes pro causa publicæ: gr. pro Principis aduentu, vel pro communi læticia. Et ferratores eorum, si addit necessitas iter agentis. Azor. p. 1. l. 1. c. 28. q. 5. Tabie. v. Feria, n. 5. Filliuc. tr. 27. n. 212.

38  
Tertia causa excusans est proximi necessitas.

Tertia est necessitas proximi, ob hanc licet, in die festo laborare: nempe ad extinguendum ignem in domo proximi accensum. Pharmacopolæ, Chirurgo, Tonsori ad succurrendum ægotantibus. Operaque misericordiæ corporalia semper licent, modo necessitas adiungatur, ut sepultura mortuorum amandare, & ideo foueam extruere, nudos induere, & ideo conficere vestimenta. Reginal. l. 1. n. 51. Filliuc. tr. 27. n. 215. Bonac. to. 2. d. 5. q. vni. pun. 3. n. 10.

39  
Quarta causa excusans est paruitas operis.

Quarta est paruitas operis, seu leuitas materię. Vnde excusantur à lethali parum laborantes vel suendo, vel tondendo, vel reparando aliquid. Iudicium verò de huiusmodi paruitate prudentis arbitrio relinquitur. Communiter excusantur à lethali ratione paruitatis materię per spatium duarum horarum. Quia paruitas materię excusans à mortali non absoluit, & secundum se, sed respectu ad totam materiam præceptam est spectanda. Scio aliquos amplius extendere, asserentes, res horas esse paruum materiam. Quia octaua pars respectu totius diei pars exigua censetur. Suar. tr. 2. l. 2. c. 32. n. 2. Azor. p. 2. l. 1. c. 18. q. 5. Reginal. l. 19. n. 51. Diana p. 3. tr. 5. resol. 8. & p. 2. tr. 1. resol. 36. Filliuc. tr. 27. n. 205. Granad. l. 2. controu. 6. tr. 1. d. 2. sect. 6. n. 54. Hinc elicio, nō peccare mortaliter illi, qui in eodem opere continuò toto die festo laborant, sed singuli pro modico tempore. Quia nullus illorum magis violat festi sanctificationem, quam violaret, si ceteri nō laboraret in eodē opere. Säch. l. 1. succ. 4. n. 12. Nec eū, qui faciens exerceri seruilia à pluribus pro eo tantum tempore, pro quo

## Seçt. I. De Precepto III. Problemata. 197

quo non peccat singuli mortaliter. Quia ex eo, quod quis inducat ad peccandū præcile, nō plus peccat, quā peccant illi, qui inducuntur. Illi autem qui modico tempore laborāt, mortaliter nō delinquant. Ergo nec inducens. Sanch. citatus.

<sup>40</sup> Quinta causa est occurſus lucris transitorij. Quia cum Ecclesia indulgeat in die feſto halecum piſcationem, quæ vno tantum anni tempore tranſire aſſolent: pari ratione idem eſt aſſerendum de piſcatione aliorum piſcium, qui ſimiliter certo ſolum tempore anni occurrunt: & de quovis alio lucro transitorio quomodolibet repente occurrente. Quia hoc lucrum transitorium ceſſans pro grani incommodo reputatur. Sayr. in Clavi. lib. 7. cap. 2. num. 10. Caiet. v. Feſtus dies. Diana part. 2. traçt. 2. reſol. 34. Bonacin. tom. 2. d. 5. quæſt. vni. puncto 3. num. 15. Nauar. ſum. cap. 13. num. 9.

<sup>41</sup> Sexta cauſa eſt abſentia à loco, in quo dies feſtus celebratur. Quia nullus tenetur legibus ſui domicilij, quæ non obligant in loco, ubi pro tempore reperitur. Vnde Burgienſis civis Valiſoleto exiſtens, poteſt laborare in die feſto, qui Burgis colitur. Suar. l. 2. cap. 14. n. 11. Nauar. ſum. cap. 13. num. 5. vbi etiam ſect. 2.

<sup>42</sup> Septima diſpenſatio, quam dare poteſt Pontifex valide etiam ſine cauſa. Episcopopus autem diſpenſare poteſt in feſto proprio ſuæ Diœceſis, etiam abſque cauſa. At ſi diſpenſet in feſto de iure communi ſine cauſa, nulla erit diſpenſatio. Quia eſſet in lege Superioris. Quando au-

tem cauſa eſſet euidenter iuſta, non eſt opus diſpenſatione, niſi ad vitandum ſcandalum, & pro foro externo. In dubio verò cauſa iuſta, & ſufficientis ad ſeruilitur laborandum, ad eundem eſt Episcopopus, ſi cōmodè poſſit ſi non. Parochus ob iuſtam cauſam ex conſuetudine in aliquibus caſibus parēcularibus diſpenſare, tum quia cōſuetudine poteſt iuriſdictio acquiri: tum quia ad regimē animarum ob crebros, ac quotidianaſ cauſas hæc poteſtas Parochis moraliter eſt neceſſaria. Huiusmodi licentiam non poſſunt iudices ſeculares impendere: nec panire illos, qui prauia Episcopopi licentia operibus ſeruilibus die feſto vacauerint, vt declarauit Sacra Cōgregatio Cardinalium apud Dianam p. 5. traçt. 1. reſol. 94. Suar. l. 2. c. 33. num. 3. Sayr. in Clavi. l. 7. c. 3. nu. 18. Azor. to. 1. l. 1. c. 18. q. 6. Reginal. l. 19. num. 54. Filhiuc. traçt. 2. num. 215.

Poteſt Episcopopus impertire alicui facultatem ſeruilitur laborandi hac de cauſa ſeu onere adiecto, vt aliquid conferat in vſus pios, quamvis neceſſitas non vrgeat: vt ad emenda luminaria borandi ſub pro aliquo Templo, aut ſacello, dummodo cauſa abſit ſcandalij. Quia hoc onus non imponitur ſi moniacē tanquā datæ licentię pretium: ſed cultus ille religioſus ceſſationis ab operibus ſeruilibus, in die feſto mutatur in aliud opus piū erogandi aliquid in ſacrarū ædiū vſus, ſi nō neceſſarios, ſaltē commodos: quod licitè fieri poteſt, vt patet ex c. Licet, de feriis. Reginal. l. 19. n. 54. Azor. to. 1. l. 1. c. 28. q. 11. Bonac. to. 2. d. 5. q. vni. pun. 3. n. 21.

<sup>43</sup> Poteſt Episcopopus alicui licentiam leuare aliquid in vſus pios conferendū.

## SECTIO SECVNDA.

### De Precepto Decalogi tertio Problemata.

#### CAPVT IV.

*Circa ea, quæ ad Preceptum de Sanctificationis Feſtis in communi pertinent.*

#### PROBL. I.

*Dies Dominici obſeruatione eſt, & non eſt iuris diuini.*

<sup>44</sup> CONVENIENTER admodum Ecclesia obſeruationem diei Sabbati indiçtā Hebræis in diem dominicū commutauit. Id quidē ſtatuerunt Apoſtoli cœleſti ducti conſilio ſtatim poſt Chriſti Domini Reſurrectionem in eius memoriam. Nam vt eo die primum lux orbi terrarum illuxit: ſic Seruatoris noſtri, qui ad cœlum nobis adiutum patefecit Reſurrectione, quæ eo die fuit, è tenebris ad lucem vita noſtra, (verius mortē dixerim) fuit reuocata. Idē Apoſtoli ſacrum hunc diem Dominicum vocitari voluere. Azor. p. 1. l. 1. c. 2. q. 3. Suar. to. 1. de Relig. l. 2. c. 2. n. 11. Fagund. l. 1. in Decal. c. 1. n. 6. Palaus tr. 9. d. 1. pun. 1. v. 1. Quæſerim autem, num diei Dominici obſeruatione indiçtā Eccleſiæ ab Apoſtolis, ſit iuris diuini?

<sup>45</sup> Iuris diuini eſt. Quia ſuccceſſit Sabbato, cuius obſeruatione iuris diuini erat. Ius hoc datū Apoſtoliſ. & Mend. Theol. Aſer. Tom. IV.

ſtolis, qui Eccleſiæ tradidere Sic Butrio Anchor. Abbas ad c. 3. de feriis, relati à Santio in Conſil. l. 5. c. 1. dub. 1. n. 2. Auct. Supplem. ad Sum. Piſan. vt teſtatur Palaus citat. Angel. v. Feriæ, n. 3. Sylueſter v. Dominica. q. 1. aſſerens, aliquos dies feſtos eſſe iuris diuini, vt dies Dominica, feſtum Natiuitatis Domini, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, & Epiphania. Et licet addiderit: Dominica ſuccceſſit Sabbato, non diuina, ſed Eccleſiaſtica conſtitutione: vnde arguit Leander de præ. Eccl. tr. 1. d. 1. q. 8 Doctorem mutabile ſententiam: non tamen mutabile reor, ſed expoſuiſſe. Ac ſi diceret: Dies Dominica, cuius obſeruationis Apoſtoli diuinitus acceperunt legem, eam Eccleſiæ intimarunt, Eccleſiæque ab Apoſtolis acceptam fidelibus præſcripſit.

Non eſt iuris diuini, ſed Canonici. Quia nulli tale præceptum datum à Chriſto reperitur. Ita D. Tho. 2. 2. q. 122. a. 4. ad 4. Caiet. ibi. Azor. l. 1. de præ. c. 2. q. 2. Suar. tom. 1. de Relig. l. 2. c. 4. num. 8. Fagund. de Eccl. præcep. 35. l. 1. c. 2. num. 3. Bonac. d. 5. initio. Palaus to. 2. tr. 9. pun. 1. num. 4. Sanch. Conſil. l. 5. c. 1. dub. 1. n. 3. Trull. l. 1. in Decal. c. 1. dub. 1. n. 4. Llamas p. 3. merho. c. 5. §. 1. Balſaus verb. Feſtum 1. num. 2.

Infirmum equidem primæ ſententiæ fundamentum inuenio. Vndenam enim conſtat Apoſtolos præceptum diuinum de Dominice obſeruatione Eccleſiæ indiçendum accepiſſe? Idē ſecundam ſententiam tor grauibus Doctoribus approbatam longe probabiliorē eſſe aſſerucim.

<sup>46</sup> Non eſt iuris diuini.

<sup>47</sup> Probabilis iudicio eſſe iuris Canonici.

R. 3 PROBL.